

Claustraque portarum genitor tenet. Hunc ego solum  
 Infelix timeo, solus mea vota moratur.  
 Di facerent sine patre forem! sibi quisque profecto  
 Est Deus: ignavis precibus Fortuna repugnat.  
 Altera jamdudum succensa Cupidine tanto  
 Perdere gauderet quodcumque obstaret amori.  
 Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes,  
 Et gladios ausim. Neque ad hoc tamen ignibus ullis,  
 Aut gladiis opus est; opus est mihi crine paterno:  
 Ille mihi est auro pretiosior: illa beatam  
 Purpura me, votique mei factura potentem.

## CAP. II.

*Scilla porta a Minosse il crine fatale del padre.  
 Trasformazione di lei e del padre in uccelli.*

E vidi la crudel figlia di Niso  
 Fuggir volando.

(PETRARCA, Trionf. d' Am. C. II.)

**T**alia dicenti, curarum maxima nutrix  
 Nox intervenit; tenebrisque audacia crevit.  
 Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis  
 Pectora somnus habet: thalamos taciturna paternos  
 Intrat; et (heu facinus!) fatali nata parentem  
 Crine suum spoliat, prædæque potita nefandâ

*Sibi quisque etc.* Senso. Noi stessi possiamo colle nostre forze  
 far molte cose che chiediamo agli Dei: non importa che essi facciano  
 sì che io sia priva del padre: da me stessa me ne libererò col tra-  
 dimento. Orribile donna era costei!

*Est Deus: etc.*

L' uom del suo voler suo Dio si face.

(TASSO)

*Ignavis precibus.* La fortuna non aiuta chi prega solamente senza far nulla.

*Ad hoc.* A far vittorioso Minosse.

*Purpura.* Il crine purpureo.

*Il. Curarum etc.*

... Fe' tregua alla fatica .  
 La cheta notte del silenzio amica.

(TASSO)

La notte pone tregua alle cure diurne, cioè alle fatiche del corpo, ma col silenzio e colla solitudine nutrice le cure d' amore, e colle sue tenebre nelle quali nasconde i delitti, aumenta l' audacia degli uomini.

Fert secum spoliū sceleris, progressaque portā  
 Per medios hostes (meriti fiducia tanta est)  
 Pervenit ad regem; quem sic affata paventem est.  
 Suasit amor facinus: proles ego regia Nisi  
 Scylla, tibi trado patriamque meosque Penates.  
 Præmia nulla peto, nisi te; cape pignus amoris  
 Purpureum crinem; nec me nunc tradere crinem,  
 Sed patrium tibi crede caput. Scelerataque dextra  
 Munera porrexit. Minos porrecta refugit,  
 Turbatusque novi respondit imagine facti:  
 Di te submoveant, o nostri infamia sæcli,  
 Orbe suo; tellusque tibi, pontusque negetur.  
 Certe ego non patiar Jovis incunabula Creten,  
 Qui meus est orbis, tantum contingere monstrum.  
 Dixit, et, ut leges captis justissimus auctor  
 Hostibus imposuit, classis retinacula solvi  
 Jussit, et æratas impelli remige puppes.  
 Scylla, freto postquam deductas nare carinas,  
 Nec præstare duce sceleris sibi præmia vidit,  
 Consumptis precibus violentam transit in iram,  
 Intendensque manus, passis furibunda capillis,  
 Quo fugis, exclamat, meritorum auctore relicta,  
 O patriæ prælate meæ, prælate parenti?  
 Quo fugis, immitis? cujus victoria nostrum

*Meriti fiducia etc.* Tanta è la fiducia che ha di esser bene accolta dai nemici a motivo del beneficio che fa loro col dare il crine fatale.

*Paventem.* Inorridito di tanta scelleratezza.

*Patriamque etc.* E la patria e la mia casa (*Penates*). Vedi Lib. I. Cap. VII.

*Patrium . . . caput.* La vita del padre.

*Turbatus etc.* Turbato al pensiero dell' inaudito fatto ecc.

*Di te etc.* Imprecazione. Gli Dei ti tolgan del mondo.

*Tellus.* I Romani racchiudevano i parricidi in un sacco di cuoio e li gettavano in mare, onde così non toccassero nè terra nè acqua.

*Jovis incunabula etc.* Non permetterò che Creta, culla di Giove, ove io regno, sia contaminata dalla presenza di un mostro sì orrido.

*Captis . . . hostibus.* Ai Megaresi. Il poeta non parla dell' espugnazione della città, perchè non ha nulla che fare col suo argomento.

*Justissimus auctor.* Autore di leggi, legislatore giustissimo.

*Postquam deductas etc.* Dopochè vide le navi salpare ecc.

*Sceleris . . . præmia.* Il premio della scelleraggine, le sue nozze.

*Meritorum auctore.* Me autrice del beneficio.

Et scelus, et meritum est. Nec te data munera, nec te  
 Noster amor movit, nec quod spes omnis in unum  
 Te mea congesta est: nam quo deserta revertar?  
 In patriam? superata jacet; sed finge manere,  
 Proditione meâ clausa est mihi: patris ad ora?  
 Quem tibi donavi. Cives odere merentem:  
 Finitimi exemplum metuunt. Obstruximus orbem  
 Terrarum nobis, ut Crete sola pateret.  
 Hanc quoque sic prohibes, et nos, ingrata, relinquis?  
 Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis;  
 Armeniae tigres, Austrove agitata Charybdis:  
 Nec Jove tu natus, nec mater imagine tauri  
 Lusa tua est. Generis falsa est ea fabula. Pœnas  
 Exige, Nise pater: merui, et sum digna perire.  
 Sed tamen ex illis aliquis, quos impia læsi,  
 Me perimat. Cur, qui vicisti crimine nostro,  
 Insequeris crimen? Scelus hoc patriæque, patrique

*Et scelus, et meritum.* Perchè per far vincitore Minosse tradì il padre.

*Manere.* Conservare lo stato primiero.

*Patris ad ora?* Tornerò al cospetto del padre, ad implorarne perdono, se ti ho donato il suo capo?

*Exemplum.* Un simile tradimento di cui ho già dato l'esempio.

*Obstruximus etc.* Mi chiusi il mondo: cioè, mi tolsi colla mia iniquità la speranza di essere raccolta in qualsivoglia parte del mondo.

*Non genitrix etc.* Nel C. XVI. della Gerus. Armida dice a Rinaldo:

Nè te Sofia produsse, e non sei nato  
 Dall'Azio sangue tu: te l'onda insana  
 Del mar produsse, e l'Gaucaso gelato  
 E le mamme allattar di tigre ireana.

*Syrtis.* Le Sirti sono due golfi uno più grande, l'altro più piccolo nell'Africa tra Cirene e Cartagine. Oggi si chiamano *Golfo di Sidra* e *di Cabes*. La parola *Syrtis* deriva dal verbo greco *syro* che significa *traggo*, e si applicava a quei Golfi perchè avendo continuamente le onde agitate da venti contrarii traevano a sè le navi, e le facevan perire. Perciò anche il Tasso nella Gerus. (C. XV.) dice:  
 La maggior Sirte ai naviganti infesta.

Qui si può intendere anche la solitudine arenosa di Libia, ove nessuno dà ospitalità al viaggiatore (*inhospita*).

*Armeniae tigres.* Tigri di Armenia in Asia, ove eran ferocissime.

*Charybdis.* Vedi Lib. XIII. Cap. XX. e Lib. XIV. Cap. I.

*Nec mater imagine etc.* Nè tua madre fu ingannata da Giove sotto la forma di un toro. Vedi Lib. II. Cap. XIX. L'Albano dipinse in un graziosissimo quadro il ratto di Europa.

*Scelus hoc etc.* Questa che relativamente alla patria e al padre

Officium tibi sit. Celeres an inania venti  
 Verba ferunt, idemque tuas, ingrata, carinas?  
 Me miseram! properare jubet, divulsaque remis  
 Unda sonat, mecumque simul mea terra recedit.  
 Nil agis; o frustra meritum oblite meorum,  
 Insequar invitum, puppimque amplexa recurvam,  
 Per freta longa trahar. Vix dixerat; insilit undas,  
 Consequiturque rates, faciente Cupidine vires,  
 Gnessiacæque hæret comes invidiosa carinæ.  
 Quam pater ut vidit (nam jam pendebat in auras,  
 Et modo factus erat fulvis haliaetus alis)  
 Ibat, ut hærentem rostro laceraret adunco.  
 Illa metu puppim dimisit, et aura cadentem  
 Sustinuisse levis, ne tangeret æquora, visa est:  
 Pluma fuit, plumis in avem mutata vocatur  
 Ciris, et a tonso est hoc nomen adepta capillo.

## CAP. III.

*Teseo ucciso il Minotauro, esce del laberinto coll'aiuto di Arianna: la corona di lei è da Bacco messa tra le stelle.*

L'infamia di Creti . . . . .  
 Che fu concetta nella falsa vacca.

(DANTE, Inf. C. XII.)

**V**ota Jovi Minos taurorum sanguine centum  
 Solvit, ut egressus ratibus Curetida terram

è una scelleraggine, è un benefizio per te, perchè per essa sei stato vincitore.

*Terra recedit.* Ciò per illusione ottica: ci sembra vedere ritirarsi la terra, dalla quale ci allontaniamo, soleando il mare con velocissima nave.

*Invidiosa.* Per rinfacciare a Minosse la sua ingratitudine, e farlo odioso agli uomini.

*Haliaetus.* Aquila marina.

*Dimisit.* Lasciò andare.

*Ciris.* Fu detta così a *tonso capillo*, perchè i Greci dicono *cheiretn* per *tosare*. Secondo alcuni fu mutata in lodola, secondo altri in altro uccello.

III. *Vota Jovi etc.* Minosse dopo aver vinto Megara ed Atene per isciogliere i voti a Giove gli fa un'ecatombe, cioè un sacrificio di cento tori, e poi se ne torna a Creta detta qui *Curetida* dai Cureti educatori di Giove.

Contigit, et spoliis decorata est regia fixis.  
 Creverat opprobrium generis, fœdumque patebat  
 Matris adulterium, monstri novitate biformis.  
 Destinatus hunc Minos thalami remove pudorem  
 Multiplicique domo cœcisque includere tectis.  
 Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis  
 Ponit opus, turbatque notas, et lumina flexum  
 Ducit in errorem, variarum ambage viarum.  
 Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in undis  
 Ludit, et ambiguo lapsu refluitque fluitque  
 Occurrensque sibi venturas aspicit undas,  
 Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum,  
 Incertus exercet aquas: ita Dædalus implet  
 Innumeras errore vias, vixque ipse reverti  
 Ad limen potuit: tanta est fallacia tecti!

*Spoliis.* Le vesti e le armi prese agli uccisi nemici che solevano affiggersi nei templi, nelle reggie o in altri luoghi cospicui.

*Opprobrium.* L'infamia di Creta. Il Minotauro, mostro mezzo uomo e mezzo toro (*biformis*) nato di Pasife moglie di Minosse, la quale s'imbastìo nell'imbastiate schegge, come dice Dante.

*Destinat etc.* Minosse stabilisce di togliersi della reggia questa vergogna (*pudorem*).

*Multiplici etc.* Ingegnosissima descrizione del Laberinto di Creta. Vedi Virgilio (*Æn. V. vers. 588. e seg.*) e confronta.

Com' un dentro vi già, perdea il ritorno,  
 E si trovava in mille errori avvinto:  
 Da mille incerte strade or quinci, or quindi  
 Spint' era or ver gl' Iberi, or verso gl' Indi.  
 (ANGUILLARA)

*Cæcis.* Occulte. Virgilio ha: *cæcis parietibus*.

*Dædalus.* Era Ateniese: ebbe somma lode di architetto, fece opere stupende: alcune sue statue sembravano aver vita, moto e anima.

*Fabræ . . . artis.* Dell'architettura.

*Ponit opus etc.* Fabbrica il laberinto, e confonde i segni (*notas*) pei quali una parte si potesse distinguer dall'altra.

*Et lumina etc.* E colla torta confusione delle strade inganna gli occhi.

*Mæander.* Fiume tortuoso di Frigia.

Qual Meandro fra rive oblique e incerte  
 Scherza, e con dubbio corso or cala or monta.  
 Quest'acque ai fonti e quelle al mar converte,  
 E mentre ei vien, se che ritorna affronta.

(GERUS, C. XVI)

*Implet etc.* Forma le vie in modo che quelli, i quali vi entrano, sono costretti a smarrirsi.

Quo postquam geminam tauri, juvenisque figuram  
 Clausit, et Actæo bis pastum sanguine monstrum,  
 Tertia sors annis domuit repetita novenis:  
 Utque ope virgineâ, nullis iterata priorum  
 Janua difficilis filo est inventa relicto;  
 Protinus Ægides, raptâ Minoide, Diam  
 Vela dedit, comitemque suam crudelis in illo  
 Litore destituit: Desertæ, et multa querenti,  
 Amplexus, et opem Liber tulit; utque perenni  
 Sidere clara foret, sumptam de fronte coronam  
 Immisit cœlo. Trenues volat illa per auras;  
 Dumque volat, gemmæ nitidos vertuntur in ignes;  
 Consistuntque loco, specie remanente coronæ,  
 Qui medius nixtque genu est, anguemque tenentis.

*Geminam . . . figuram.* Il Minotauro.

*Actæo.* Ateniese.

*Sors.* I fanciulli e le fanciulle elette a sorte. Gli Ateniesi dopo la vittoria di Minosse sulla loro città furono costretti a mandargli ogni tre anni in tributo sette fanciulli e altrettante vergini, perchè fosse ro pasto al Minotauro. Allorchè questo tributo mandavasi la terza volta (*tertia sors*), cioè nove anni dopo la vittoria di Minosse, si unì alla miserabile compagnia anche Teseo, il quale entrò nel laberinto, uccise il Minotauro, e ne uscì coll'aiuto di un gomitolo di filo datogli da Arianna (*ope virgineâ*) figlia di Minosse.

*Nullis iterata.* Alla qual porta nessuno ritornò, cioè nessuno, dopo esservi entrato, uscì del laberinto, perchè vi rimaneva smarrito.

*Filo . . . relicto.* Teseo lasciò il capo del filo alla porta, e poi col gomitolo in mano si avanzò per le cieche vie svolgendo sempre il gomitolo medesimo.

*Ægides.* Teseo figlio di Egeo.

*Minoide.* Arianna figlia di Minosse.

*Diam.* Nasso isola del mare Egeo.

*Liber.* Bacco: egli sposò Arianna e della sua corona di gemme fece una costellazione di sette stelle disposte in giro, che si chiamano ancora la *Corona di Arianna*.

*Qui medius.* La corona di Arianna è posta in mezzo a due costellazioni, cioè tra l'Eugonasi che è Ercole appoggiato sopra un ginocchio (*nixi genu*), e tra Ofiuco che tiene con ambedue le mani il serpente. Quest'ultima chiamasi volgarmente la *Serpentaria*.

## CAP. IV.

*Dedalo colle penne di cera vola dal laberinto.  
Icaro suo figlio cade nel mare.*

Poichè del genitor la via non tenne  
Il fuggitivo volator di Creta  
E sul cereo lavoro a ferir venne  
L'ardente sferza del vicin pianeta:  
Vedeansi in giù cader per l'aria queta  
In torti giri le disgiunte penne,  
Così che inerme in quella estrania meta,  
Non più l'ignoto peso il ciel sostenne:  
Chè già travolte al mal tentato regno  
Le piante, e il capo alle mortifer'acque,  
Fendendo il sonant'aere, cadea.

(CASSIANI)

**D**ædalus interea Creten, longumque perosus  
Exilium, tactusque soli natalis amore,  
Clausus erat pelago. Terras licet, inquit, et undas  
Obstruat, ac cælum certe patet; ibimus illac:  
Omnia possideat, non possidet aëra Minos.  
Dixit, et ignotas animum dimittit in artes,  
Naturamque novat: nam ponit in ordine pennas  
A minima cœptas, longam brevior sequente,  
Ut clivo crevisse putes: sic rustica quondam  
Fistula disparibus paulatim surgit avenis.  
Tum lino medias, et ceris alligat imas,  
Atque ita compositas parvo curvamine flectit,  
Ut veras imitentur aves. Puer Icarus una

*IV. Perosus exilium.* Dedalo esiliato da Atene per avere ucciso Perdice figlio di una sua sorella si riparò a Creta presso Minosse, e gli fabbricò il laberinto nel quale poi fu rinchiuso egli stesso pel sospetto nato che avesse fornito a Teseo il mezzo di uscirne. Ma egli se ne liberò volando.

*Clausus erat pelago.* Gli eran chiuse le vie del mare, perchè Minosse teneva guardate tutte le spiagge e i porti di Creta.

*Animum dimittit etc.* Applica l'animo a trovare un'ignota arte di fuga.

*Naturamque novat.* Prescrive nuove leggi alla natura accingendosi a volare colle penne non concesse all'uomo.

*A minima etc.* Le penne sono disuguali, alcune più corte, altre più lunghe: dimodochè tu le crederesti cresciute sopra un colle.

*Medias . . . imas.* Le parti medie e le estreme delle medesime penne.

*Ut veras etc.* In modo che sono simili alle ali di veri uccelli.

Stabat, et ignarus sua se tractare pericla,  
Ore rendenti modo quas vaga moverat aura,  
Captabat plumas, flavam modo pollice ceram  
Mollibat, lusuque suo mirabile patris  
Impediebat opus. Postquam manus ultima cœpto  
Imposita est, geminas opifex libravit in alas  
Ipse suum corpus, motaque pependit in aurâ.  
Instruit et natum; Medioque ut limite curras.  
Icare, ait, moneo: ne, si demissior ibis,  
Unda gravet pennas; si celsior, ignis adurat:  
Iuter utrumque vola: nec te spectare Booten.  
Aut Helicen jubeo, strictumque Orionis ense.  
Me duce carpe viam. Pariter præcepta volandi  
Tradit, et ignotas humeris accommodat alas.  
Inter opus, monitusque genæ maduere seniles,  
Et patriæ tremuere manus: dedit oscula nato  
Non iterum repetenda suo, pennisque levatus  
Antevolât, comitique timet; velut ales, ab alto  
Quæ teneram prolem produxit in aëra nido,  
Hortaturque sequi, damnosâque erudit artes;  
Et movet ipse suas, et nati respicit alas.  
Hos aliquis tremulâ dum captat arundine pisces,  
Aut pastor baculo, stivæve innixus arator,  
Vidit, et obstupuit, quique ætera carpere possent,  
Credidit esse Deos. Et jam Junonia læva  
Parte Samos fuerant, Delosque Parosque relictæ.  
Dextra Lebynthos erat, fecundaque melle Calymne,  
Cum puer audaci cœpit gaudere volatu,

*Stabat, etc.* Nota con quanta grazia e verità sono notati gli scherzi puerili di Icaro:

*Sua . . . pericla.* Le penne e la cera che poi doveangli esser dannose.

*Libravit.*

E si librò su l'adeguate penne,  
(GERUS. C. I.)

*Instruit etc.* Fa veduto anche al figlio come debba usar delle ali.

*Medio.* Di mezzo: a giusta distauza tra il sole e il mare.

*Nec te spectare etc.* Vola di mezzo tra la zona frigida e la torrida. Boote è un segno settentrionale: Elice, l'Orsa, sulla quale vedi Lib. II. Cap. III. Orione è una costellazione all'equatore vicina al Toro. Si dipinge con la spada impugnata.

*Samos etc.* Samo è un'isola del mare Egeo ove Giunone avea un tempio celebratissimo: Delo, Paro e Lebinto sono nel medesimo mare: Calymna è nel mare Mirtoo.

Deseruitque ducem, cœlique cupidine tactus,  
 Altius egit iter: rapidi vicina solis  
 Mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.  
 Tabuerant ceræ, nudos quatit ille lacertos,  
 Remigioque carens non ulla percipit auras,  
 Oraque cœruleâ patrium clamantia nomen  
 Excipiuntur aquâ, quæ nomen traxit ab illo.

## CAP. V.

*Dedalo piange la perdita del figlio. Una pernice  
 gode della sua calamità.*

Ben con ragion de' tuoi pianti funesti  
 S' allegra quell' angel che l'ode e vede,  
 Dedalo, che sai quanto l'offendesti,  
 E quanta infamia il mondo te ne diede.

(ANGUILLARA)

**A**t pater infelix, nec jam pater, Icare, dixit,  
 Icare, dixit, ubi es? qua te regione requiram?  
 Icare! dicebat: pennas aspexit in undis,  
 Devovitque suas artes, corpusque sepulchro  
 Condidit, et tellus a nomine dicta sepulti.  
 Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati  
 Garrula ramosâ prospexit ab ilice perdix,  
 Et plausit pennis, testataque gaudia cantu est:  
 Unica tunc volucris, nec visa prioribus annis,  
 Factaque nuper avis, longum tibi, Dædale, crimen.

*Tabuerant.* Si eran liquefatte.

. . . Icaro misero le reni  
 Sentì spennar per la scaldada cera  
 Gridando il padre a lui: mala via tieni.

(DANTE, Inf. C. XVII.)

*Remigio.* Delle ali che gli facevan da remi. La caduta di Icaro è dipinta in un quadretto del Domenichino nella Galleria Farnese.

*Nomen.* Una parte dell' Egeo si chiama mare Icaro.

Specchio al suo rovinar l'onda già fea;  
 Poi rotta con fragor sott' essa giacque,  
 Ai temerarii memorabil segno.

(CASSIANI)

*V. Nec jam pater.* Non più padre perchè non avea più figlio.

*Devovit.* Condannò, detestò.

*Longum . . . crimen.* Ti rinfaccia l'omicidio di cui da lungo tempo paghi la pena.

Namque huic tradiderat, fatorum ignara, docendam  
 Progeniem germana suam, natalibus actis  
 Bis puerum senis, animi ad præcepta capacis.  
 Ille etiam medio spinas in pisce notatas  
 Traxit in exemplum, ferroque incidit acuto  
 Perpetuos dentes, et serræ repperit usum.  
 Primus et ex uno duo ferrea brachia nodo  
 Vinxit, ut æquali spatio distantibus illis,  
 Altera pars staret, pars altera duceret orbem.  
 Dædalus invidit, sacræque ex arce Minervæ  
 Præcipitem misit, lapsum mentitus: at illum,  
 Quæ favet ingenis, excepit Pallas, avemque  
 Reddidit, et medio volavit in aëre pennis.  
 Sed vigor ingenii quondam velocis in alas,  
 Inque pedes, abiit: nomen, quod et ante, remansit.  
 Non tamen hæc alte volucris sua corpora tollit,  
 Nec facit in ramis, altoque cacumine nidos:  
 Propter humum volitat, ponitque in sepibus ova,  
 Antiquique memor, metuit sublimia, casus.

*Namque huic etc.* La sorella di Dedalo aveva a lui dato il proprio figlio perchè glielo istruisse nelle sue arti non sapendo che lo avrebbe ucciso.

*Natalibus . . . bis . . . senis.* Aveva dodici anni finiti.

*Ille etc.* Egli, cioè il nipote di Dedalo, osservando le spine che sono sul dorso dei pesci, ne trasse il modello per inventare la sega.

*Primus et ex uno etc.* Inventò le seste, che sono qui egregiamente descritte.

*Staret.* Quando una parte delle seste descrive il circolo, l'altra sta fissa nel centro del circolo stesso.

*Ex arce etc.* Dedalo invidiando al nepote questa scoperta lo precipitò dalla ròcca di Minerva in Atene, e disse che era caduto da sè. Singolar maestro era costui e desideroso davvero del profitto de' suoi scolari.

*Excepit.* Lo sostenne per aria.

*Nomen.* Prima si chiamava *Perdice*: mutato in pernice (*perdix*) conservò il nome antico.

*Propter humum.* Lungo la terra: vola terra terra.

*Antiqui . . . casus.* Dell'antica caduta dalla ròcca di Minerva.

## C A P. VI.

*Diana sdegnata con Eneo re di Calidonia manda  
un feroce cinghiale a devastare l'Etolia.*

Guasta e distrugge il Calidonio campo  
Un troppo crudo, un troppo orribil mostro,  
Incontro al cui furor non trova scampo  
Nè ingegno uman, nè fero artiglio o rostro,  
(ANGUILLARA)

Jamque fatigatum tellus Ætnæa tenebat  
Dædalon, et sumptis pro supplice Cocalus armis  
Mitis habebatur: jam lamentabile Athenæ  
Pendere desierant, Theseâ laude, tributum.  
Templa coronantur, bellatricemque Minervam,  
Cum Jove, Disque vocant aliis, quos sanguine voto,  
Muneribusque datis, et acerris thuris honorant.  
Sparserat Argolicas nomen vaga fama per urbes  
Theseos, et populi, quos dives Achaïa cepit,  
Hujus opem magnis imploravere periculis;  
Hujus opem Calydon, quamvis Meleagron haberet,  
Sollicitâ supplex petiit prece. Causa petendi  
Sus erat, infestæ famulus, vindexque Dianæ.  
OËnea namque ferunt, pleni successibus anni,  
Primitias frugum Cereri, sua vina Lyæo,

VI. *Jamque etc.* Già Dedalo stanco era giunto in Sicilia (*tellus Ætnæa*) ove trovò benigna accoglienza presso il re Cocalo che lo difese prendendo a suo favore le armi contro Minosse.

*Laude.* Pel glorioso valore di Teseo che aveva ucciso il Minotauro.  
*Sanguine voto.* Col promesso sangue: colle vittime di cui avea fatto voto.

*Argolicas.* Greche. Anche l'Acacia è una parte della Grecia.  
*Calydon.* Città celeberrima di Etolia in Grecia.

*Quamvis Meleagron.* Così loda insieme e Teneo e Meleagro.

*Sus erat, etc.* Diana, perchè non era stata da Eneo re di Etolia onorata al pari degli altri Dei delle offerte e delle primizie de' frutti, mandò nelle sue terre un feroce cinghiale che menava a guasto e a distruzione i greggi e le messi. Nota come chiara, accurata e adorna è tutta questa narrazione.

*Famulus.* Un ministro per mezzo del quale Diana esercitava la sua vendetta.

*OËnea.* È accusativo singolare alla greca.

*Pleni . . . anni.* Anno di raccolta piena.

Palladios flavæ latices libasse Minervæ.  
Cæptus ab agricolis Superos pervenit ad omnes  
Invidiosus honos: solas sine thure relictas  
Præteritæ cessasse ferunt Latoidos aras.  
Tangit et ira Deos. At non impune feremus,  
Quæque inhonoratæ, non et dicemur inultæ,  
Inquit, et OËneos ultorem spreta per agros  
Misit aprum: quanto majores herbida tauros  
Non habet Epirus: sed habent Sicula arva minores.  
Sanguine, et igne micant oculi, riget horrida cervix,  
Stantque velut vallum, velut alta hastilia, setæ.  
Fervida cum rauco latos stridore per armos  
Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis:  
Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent.  
Is modo crescenti segetes proculcat in herbâ,  
Nunc matura metit fleturi vota coloni,  
Et Cererem in spicis intercipit; area frustra,  
Et frustra expectant promissas horrea messes.

*Palladios . . . latices.* Olio. Pallade fu l'inventrice delle prime olive. Vedi Lib. VI. Cap. III.

*Libasse.* Offriva in sacrificio.

*Cæptus ab agricolis etc.* L'onore dei sacrifici invidioso (*invidiosus*), cioè che partorisce invidia, ovvero, che con invidia si brama da molti, incominciato a farsi agli Dei rustici (*Pane, Cerere ecc.*) fu reso a tutti gli Dei del cielo (*Superos*) tranne a Diana figlia di Latona (*Latoidos*).

*Præteritæ.* Trascurata, inonorata.

*Cessasse.* Rimasero senza sacrifici.

*At non impune etc.* Parla Diana. Non lo sopporterò impunemente, e se si dirà che sono stata lasciata senza onore, non si dirà che sono rimasta senza vendetta.

*Quanto majores herbida tauros etc.* Bellissima questa descrizione del mostro. Era necessario far vedere la grossezza e la ferocia del cinghiale per giustificare il concorso degli eroi di tutta la Grecia ad ucciderlo. Era uguale ai tori dell'Epiro, maggiore di quelli di Sicilia.

*Velut vallum, etc.* Le setole del cinghiale stanno ritte orrendamente come gli acuti pali di cui si forma una circonvallazione in un campo di battaglia: la sua spuma è bollente ed esce fuori della bocca con roco strido. Terribile imagine!

*Dentes æquantur etc.* I denti per la grossezza si agguagliano a quelli degli elefanti indiani (*Indis*).

*Crescenti . . . in herbâ.* Le biade tenere, in erba.

*Vota.* Le messi, speranza e voto dei coloni.

*Cererem in spicis.* Il grano spigato.

Sternuntur gravidi longo cum palmite fœtus,  
 Baccaque cum ramis semper frondentis olivæ.  
 Sævit et in pecudes: non has pastorve, canisve,  
 Non armenta truces possunt defendere tauri.

## CAP. VII.

*Meleagro e altri prodi giovani di Grecia si adunano  
 per uccidere il cinghiale.*

Diffugiunt populi, nec se, nisi mœnibus urbis,  
 Esse putant tutos, donec Meleagros, et una  
 Lecta manus juvenum coiere cupidine laudis.  
 Tyndaridæ gemini, præstantes, cæstibus alter,  
 Alter equo, primæque ratis molitor Jason.  
 Et cum Pirithoo felix concordia Theseus,  
 Et duo Thestiadæ, et proles Aphareia Lynceus,  
 Leucippusque ferox, jaculoque insignis Acastus,  
 Hippothousque, Driasque, et cretus Amyntore Phœnix,  
 Actoridæque pares, et missus ab Elide Phyleus.  
 Nec Telamon aberat, magnique creator Achillis:  
 Cumque Pheretiades, et Hyanteo Jolao,  
 Impiger Eurytion, cursuque invictus Echion,  
 Naryciusque Lelex, Panopeusque, Hyleusque, feroxque  
 Hippasus, et primis etiamnum Nestor in annis;  
 Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis,

*Gravidi.* Pieni di umore. Il Poliziano St. 32 ha una descrizione simile:

La selva trema e gli cede ogni pianta:  
 Gli arbori abbatte, o svelle, o rami schianta.

*Cum palmite fœtus.* Le uve coi tralci.

VII. *Lecta manus etc.* Il fiore de' giovani: questi furono Castore e Polluce creduti figli di Tindaro (*Tyndaridæ*) comechè nati di Giove; l'uno famoso pugilatore (*cæstibus*), l'altro domator di cavalli: Giasone che fabbricò la prima nave (Vedi Lib. VII. Cap. 1.): Piritoo e Teseo famosissimi amici: Plessippo e Tosseo figli di Testio (*Thestiadæ*): Linceo figlio di Afareo ecc. I due figli di Attore (*Actoridæ*) Eurito e Cteato: Fileo venuto dall' Elide: Telamone e Peleo padre di Achille: Admeto figlio di Ferete (*Pheretiade*): Jolao di Beozia (*Hyanteo*): Eurizione, Echione, Lelege di Naricia città de' Lori presso l' Etolia ecc.

*Hippocoon antiquis misit Amyclis, etc.* Egli mandò i suoi figli Eresimo, Alcone e Desippo da Amicla dove abitava. Questa città, ora detta *Verdonta*, era nella Laconia presso Sparta. Venne anche Laerte suocero di Penelope, Anceo figlio di Licurgo d' Arcadia (*Parrhasio*),

Penelopesque socer, cum Parrhasio Ancæo:  
 Ampycidesque sagax, et adhuc a conjugè tutus  
 OEclides, nemorisque decus Tegeæa Lycei.  
 Rasilis huic summam mordebat fibula vestem;  
 Crinis erat simplex, nodum collectus in unum;  
 Ex humero pendens resonabat eburnea lævo  
 Telorum custos, arcum quoque læva tenebat.  
 Talis erat cultus: facies, quam dicere vere  
 Virgineam in puro, puerilem in virgine posses.

## CAP. VIII.

*Atroce pugna col cinghiale calidonio.*

Corre all' irreparabile vendetta  
 Con tal furor lo spaventoso mostro,  
 Che sembra il fuoco, il tuono e la saetta,  
 Che corra in un balen l' etereo chiostro.  
 (ANGUILLARA)

Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas,  
 Incipit a plano, devexaque prospicit arva.  
 Quo postquam venere viri, pars retia tendunt,  
 Vincula pars adimunt canibus, pars pressa sequuntur  
 Signa pedum, cupiuntque suum reperire periculum.  
 Concava vallis erat, quo se demittere rivi  
 Assuerant pluvialis aquæ: tenet ima lacunæ  
 Lenta salix, ulvæque leves, juncique palustres

Mopso di Ampico (*Ampycides*), Anfiarao figlio di Ecleo, che poi fu tradito dalla moglie (Vedi Lib. IX. Cap. XI.): e finalmente Atalanta di Tegea città d' Arcadia ove era il monte Liceo. È chiamata *nemoris decus*, perchè dotata di rara bellezza e cacciatrice eccellentissima.

*Rasilis . . . fibula.* Una fibbia levigata, liscia.

*Crinis . . . simplex.* I capelli erano acconciati semplicemente.

*Telorum custos.* La faretra.

*Cultus.* L' adornamento della persona.

VIII. *Devexa.* Supina, che a poco a poco discende al piano.

*Vincula.* I guinzagli. Il Poliziano St. 29.

Chi serba in coppia i cani, chi gli scompagna.

*Pressa . . . signa.* Le pedate impresse dal cinghiale sulla terra.

*Concava vallis.* Una valle cinta da ogni parte dai monti. Il poeta descrive tutte le particolarità con tanta diligenza, che tu crederesti si fosse trovato presente a questa caccia.

*Ima.* Il margine.

*Lacunæ.* Lama, ricettacolo di acqua limacciata.

Viminaque, et longâ parvæ sub arundine cannæ.  
 Hinc aper excitus medios violentus in hostes  
 Fertur, ut excussis, elisus nubibus ignis.  
 Sternitur incursu nemus, et propulsa fragorem  
 Silva dat. Exclamant juvenes, protentaque forti  
 Tela tenent dextrâ, lato vibrantia ferro.  
 Ille ruit, spargitque canes, ut quisque furenti  
 Obstat, et obliquo latrantes dissipat ictu.  
 Cuspis Echionio primum contorta lacerto  
 Vana fuit; truncoque dedit leve vulnus acerno.  
 Proxima, si nimis mittentis viribus usa  
 Non foret, in tergo visa est hæsurâ petito;  
 Longius, it; auctor teli Pagasæus Jason.  
 Phœbe, ait Ampycides, si te coluique, colloque,  
 Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.  
 Quâ potuit precibus Deus annuit: ictus ab illo est,  
 Sed sine vulnere aper: ferrum Diana volanti  
 Abstulerat jaculo: lignum sine acumine venit.  
 Irâ feri mota est, nec fulmine lenius arsit.  
 Lux micat ex oculis, spirat quoque pectore flammâs.  
 Utque volat moles adducto concita nervo,  
 Cum petit aut muros, aut plenas milite turres,  
 In juvenes certo sic impete vulnificus sus

*Parvæ etc. Canna e arundo*, secondo Columella, differiscono in questo, che la prima è più piccola della seconda.

*Elisus nubibus etc.* Il fulmine sprigionato dalle nubi. Il Polizzone St. 28.

Con tal rumor, qualor l'aer discorda  
 Di Giove il fuoco d'alta nube piomba.

*Truncoque etc.* E ferì leggermente un tronco di acero.

*Proxima, si nimis etc.* L'asta di Giasone Tessalo (*Pagasæus*. Vedi lib. VII. Cap. 1.) che fu scagliata subito dopo quella di Echione, avrebbe colpito la fiera nel tergo, se non le fosse stato dato troppo impeto, il quale la fece andar più lontana; *it* è contrazione di *ivit* o *itit*.

*Si te colui.* Se ti onorai di sacrifici. Mopso figlio di Ampico era sacerdote di Febo.

*Da mihi, etc.* Concedimi di ferire il cinghiale che prendo di misura con un colpo sicuro.

*Quâ potuit.* Per quanto potè.

*Lux micat.* Dante (*Inf. C. III.*)

Intorno agli occhi avea di fiamme ruote.

*Moles.* Pietra molare, cioè grossissima.

*Nervo.* La corda della balestra.

Fertur, et Eupalamon, Pelagonaque dextra tuentes  
 Cornua, prosternit: socii rapuere jacentes.  
 At non letiferos effugit Enæsimus ictus,  
 Hippocoonte satus: trepidantem, et terga parantem  
 Vertere, succiso liquerunt poplite nervi.  
 Forsitan et Pylius citra Trojana perisset  
 Tempora: sed sumpto positâ conamine ab hastâ,  
 Arboris insiluit, quæ stabat proxima, ramis,  
 Despexitque loco tutus, quem fugerat, hostem,  
 Dentibus ille ferox in querno stipite trilis,  
 Imminet exilio, fidensque recentibus armis,  
 Actoridæ magni rostro femur hausit adunco.

## CAP. IX.

*Atalanta ferisce leggermente il cinghiale indarno  
 preso di mira da molti altri.*

La vergine che vede il pel vermiglio  
 E girarsi il cinghiale con spesse ruote,  
 Gode che l'arma sua primiera colse,  
 E prima al crudo verro il sangue tolse.  
 (ANGUILLARA)

*At gemini, nondum cælestia sidera, fratres,  
 Ambo conspicui, nive candidioribus ambo*

*Dextra . . . cornua.* La destra parte della schiera. I cacciatori erano schierati come in battaglia, e ciascheduno alla volta sua scagliava le armi.

*Rapuere.* Li levarono del mezzo, onde non fossero sbranati.

*Liquerunt etc.* Vennero meno. Significa: cadde, perchè ferito dal cinghiale nel ginocchio non fu più sorretto dai nervi. *Poples* è la parte posteriore del ginocchio.

*Pylius.* Nestore che regnò in Pilo città di Grecia, oggi Navarino.

*Citra etc.* Avanti l'eccidio di Troia al quale intervenne anche Nestore.

*Sed sumpto positâ etc.* Ma Nestore presa forza dall'asta impressa sulla terra saltò sopra un albero, e campò così dall'impeto del cinghiale.

*Trilis etc.* Aguzzati i denti al tronco della quercia, minaccia morte (*imminet exilio*) a Nestore.

*Recentibus armis.* Coi denti ora aguzzati.

*Rostro . . . adunco.* Colla bocca armata di adunchi denti.

*IX. At gemini.* Castore e Polluce che ancora non erano stati messi tra le stelle.

Vectabantur equis; ambo vibrata per auras  
 Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.  
 Vulnere fecissent, nisi setiger inter opacas,  
 Nec jaculis isset, nec equo loca pervia, silvas.  
 Persequitur Telamon, studioque incautus eundi,  
 Pronus ab arborea cecidit radice retentus.  
 Dum levat hunc Peleus, celerem Tegeæa sagittam  
 Imposuit nervo, sinuatoque expulit arcu.  
 Fixa sub aure feri summum distrinxit arundo  
 Corpus, et exiguo rubefecit sanguine setas.  
 Nec tamen illa sui successu lætior ictus,  
 Quam Meleager, erat. Primus vidisse putatur,  
 Et primus sociis visum ostendisse cruorem,  
 Et, meritum, dixisse, ferēs virtutis honorem.  
 Erubere viri; seque exhortantur, et addunt  
 Cum clamore animos, jaciuntque sine ordine tela.  
 Turba nocet jactis, et quos petit, impedit ictus.  
 Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas,  
 Discite fœmineis quid tela virilia præsent,  
 O juvenes, operique meo concedite, dixit.  
 Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,  
 Invitâ tamen hunc perimet mea dextra Dianâ.  
 Talia magniloquo tumidus memoraverat ore,  
 Ancipitemque manu tollens utrâque securim,  
 Institerat digitis primos suspensus in artus.  
 Occupat audentem, quaque est via proxima letho,

*Vibrata . . . tremulo quatiebant spicula motu.* Tutte queste parole insieme non significano altro che il vibrar degli strali.

*Distrinxit.* Toccò appena.

*Quam Meleager.* Meleagro, come colui che amava Atalanta, fu lieto più di lei del buon successo di quel colpo.

*Contra sua fata.*

Ecco contro il suo fato il corso affretta,  
 Il glorioso ed infelice Anceo.

(ANGUILLARA)

*Bipennifer.* Armato di bipenne, o scure a due tagli, detta perciò poco più sotto *ancipitem*.

*Operi . . . meo etc.* Cesete al mio valore.

*Institerat digitis.* Si era alzato sulle dita, sulla punta dei piedi per dar più forza al colpo.

*Occupat.* Lo previene, lo assale prima.

*Qua . . . via proxima letho.* Perché quella parte, cioè l'anguinaia, non è difesa da alcun osso. Virgilio (*Æn. XII*) ha: *Qua fata celerrima*.

Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.  
 Concidit Ancæus, glomerataque sanguine multo  
 Viscera lapsa fluunt, madefactaque terra cruore est.  
 Ibat in adversum proles Ixionis hostem  
 Pirithous, validâ quatiens venabula dextrâ:  
 Qui procul Ægides, o me mihi carior, inquit,  
 Pars animæ consiste meæ: licet eminus esse  
 Fortibus; Ancæo nocuit temeraria virtus.  
 Dixit, et æratâ torsit grave cuspide cornum  
 Quo bene librato, votique potente futuro,  
 Obstetit esculeâ frondosus ab arbore ramus.

## CAP. X.

*Meleagro uccide il cinghiale, ne dona il capo ad Atalanta, ed uccide i Testiadi suoi zii di ciò indignati.*

**M**isit et Æsonides jaculum, quod casus ab illo  
 Vertit in immeriti fatum latrantis, et inter  
 Ilia conjectum, tellure per ilia fixum est.  
 At manus OEnidæ variat, missisque duabus,  
 Hasta prior terra, medio stetit altera tergo.  
 Nec mora: dum sævit, dum corpora versat in orbem,  
 Stridentemque novo spumam cum sanguine fundit;  
 Vulneris auctor adest, hostemque irritat ad iram,  
 Splendidaque adversos venabula condit in armos.  
 Gaudia testantur socii clamore secundo,  
 Victricemque petunt dextræ conjugere dextram,  
 Immanemque feram multâ tellure jacentem  
 Mirantes spectant: neque adhuc contingere tutum

*Pars animæ . . . meæ.* Espressione di tenerissimo affetto. Orazio dice: *animæ dimidium meæ*.

*Licet eminus.* Comechè da lontano: perchè i forti possono far prodezze anche da lontano.

*Cornum etc.* Una grande asta fatta di corno e munita d'una punta di rame.

*Voti . . . potente futuro.* Che otterrebbe il suo intento, cioè ucciderebbe il cinghiale.

X. *Æsonides.* Giasone figlio di Esone.

*Immeriti . . . latrantis.* Del cane che non meritava la morte.

*Variat.* Meleagro scaglia due aste con vario successo.

*Multâ tellure.* In grande spazio di terreno. Indica con ciò la grossezza del cinghiale.